

bis, quae in Chronico nostro Mscro. et coetaneo exstant quaeque minus accurate a Grupenio in Orig. Pyrmont. pag. 43 exhibita et ideo hic repetenda sunt etc. etc.

Auch die von späterer Hand in dem Codex der Fasti geschriebene Fortsetzung¹⁾ war dem Falke bekannt, und ist von ihm benutzt worden. Man vergleiche

Fasti a. 1147, pag. 15.

Rex autem, quamquam non facile acquiesceret, tandem convictus amica ejus dilectione in fructuario boni fenoris emolumento petitioni Abbatis annuit, et Ecclesie nostre abbaciolas duas Kyminaden et ei vicinam Visbique concessit, ac per *anulum* gemmario lapide condecoroso, ad nos transmisit.

Taliter Domnus Abbas inceptis dilationem inposuit ac de Kimenaden thesaurum et quaeque preciosiora huic ecclesie ad conservanda in potioris fortunae dies duxit, quin et adstans perplexi malicia per variaque et inenarrabilia. Idcirco et armata manu militari Abbas coadunata, satis admodum et copiosa, ne se praesente sinistri quid oriretur aut etiam se semoto, hinc spectabiliora tulit, ne forte, si qui emulorum supervenirent, ad votum sibi parere, haut invenirent inibi vel unde. Nam *Domnus Volcwinus causabatur, germanae suae filiam* in praelatricem universaliter nutu Regis electam in Kimenaden, et

Cod. pag. 176²⁾—197.

Conradi II meminere diplomata nostra ad annos 1112, 1120, 1126, 1127 atque cum appellant Comitem de Eversten. Ex diplomate ad annum 1113 dato, apparet, ejus fuisse uxorem Mathildam, ex qua ipse suscepit Conradum, Ottonem atque Adelbertum. Ex quamvis prosapia Mathildis illa fuerit orta, indicare non licet.

Illud vero, *testante Chronico coetaneo et Mscpto. Archivi Corbejensis* certum est, *Albertum, Comitem de Eversten, habuisse in matrimonio* filiam Widekindi, comitis de Svalenberg ex qua genuit Juditham, abbatissam Keminadensem atque Adelbertum II comitem Eversteinensem.

Albertus I. vero, eodem Chronico teste, jam ante annum 1147 mortuus est.

Cod. pag. 221.

Quantas vero molestias exhibuerit Volcwinus anno 1147 Corbejensibus nostris, ex quo concessa fuerant ecclesiae Corbejensi duo mo-

¹⁾ Welche Harenberg unter den Namen einer: *Novi Autoris Continuatio Fastorum* herausgegeben hatte. S. Pers SS. III. pag. 15.

²⁾ S. oben S. 43, Note 1.